



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 12. Bohemiæ corona Poloniæ Regi oblata

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

rium quoddam circa circum eandem pe
tram construere necesse fuit; sed discipulo-
rum numero indies aucto, hic ipse locus
in Monasterium excrevit, ubi Franciscus,
prima Ordinis sui fundamenta jecit; e-
jusque fratres ab eo tempore dicti sunt
S. Francisci Eremitæ.

SÆCUL. XV.

A.C. 1467.

§. XII.

*Bohemiarum corona Poloniæ Regi
oblata.*

Vix in Bohemia fama percrebuit, quod
Podiebracius a summo Pontifice sa-
crorum usu interdictus esset, cum illico
Catholici, qui nobiliorem hujus regni
partem efficiebant, sese præstitæ fidei
sacramento absolutos arbitrarentur: Igi-
tur Oratores suos ad Casimirum Poloniæ
Regem alegend, eidemque Regni coro-
nam offerunt, eoque ipse ex Regum suo-
rum stirpe descenderet; cum enim La-
dislai sororem sibi conjugem duxisset, u-
xorio jure ceteris præferri merebatur.
Podiebracius re intellecta eodem tem-
pore suos quoque legatos in Poloniam
decernit, qui Casimirum admonerent de-
fendere olim inter ipsos inito, quo cau-
tum erat, ut neuter alterius hostem ope
& opera adjuvaret, Romano tamen Pon-
tifice excepto. (*) Verum Regi respon-

R 3

dit

(*) Spöndanus addit: religionis causa,

Sæcul. XV. dit Casimirus, quod si foedus servari cu-
A.C. 1467. peret, tunc & Ipse pactis staret, violatam-

que fidem repararet. Cum hæc interea gererentur, Bohemi Catholicorum Legati, necnon Pauli II. Pontificis Oratores superveniebant. His Casimirus Poloniæ Rex post longas tergiversationes tandem his verbis mentem suam declaravit;

„ Evidem vobis grates refiero pro obla-
„ ta Bohemiæ corona, idque regnum
„ mihi, meisque liberis certo jure de-
„ betur, nihilominus illud nunc accepta-
„ re haud valeo, donec salvo ho-
„ nore meo foedus, quod cum Bo-
„ hemiæ Rege percussi, rescindere pos-
„ sim; additque, quoniam Podiebracius
„ adeo aperte justam Sedis Apostolicæ
„ indignationem in se provocavit, hinc
„ omnibus palam facio, quod imposte-
„ rum mihi cum illo nullius rei commer-
„ cium erit, donec in gratiam summi
„ Pontificis redierit, interea vero con-
„ tendendum est, ut Rex ad officium
„ reducatur, & Pontifici majori submis-
„ sione addictus reddatur. „ Hæc Ca-
simirus: re tamen ipsa bello implicari ti-
mebat, bene gnarus, quod nonnulli Ger-
maniæ Principes Podiebracii partes tue-
rentur. Nihilominus Legatos ad Bohe-
miæ Regem decrevit, qui eundem de a-
nimi sui proposito edocerent. Hos in-
ter præcipiuus erat Joannes Dlugosius

Cra-

Cracoviensis Canonicus, qui res Poloniæ ^{Sæcul. XV.}
conscripterat, ac olim Casimiri Regis fi- ^{A.C. 1467.}
lios literis imbuebat. Igitur Podiebra-
cius hisce Legatis respondit, nihil se ad-
versus summum Pontificem fuisse moli-
tum, quinimo se pacta cum ejus Præde-
cessore, ac Basileensi Concilio erecta re-
cepisse; si tamen forte in aliqua re sua a-
gendi ratio reprehendi posset, correctu-
rum se vitam, moresque suos, nec omni-
no recusare, ut Casimirus hac in re ar-
biter esset. Postea hæc subjunxit verba:
Catholici Casimirum litis arbitrum acce-
ptare renuunt, inconsulto Pontifice, cu-
jus jussu adversus Regem suum seditio-
nem moverunt, eique obedientiam sub-
traxerunt. (*) Postea tamen factæ sunt
quinque mensium inducæ.

§. XIII.

*Bohemia a Polono recusata, & Hun-
gariæ Regi a Pontifice oblata.*

Porro in eo erat Pontificis animus, ut
nisi Casimirus decerneret Podiebra-
ciūm armis opprimere, id negotii Mat-
thiæ

(*) Totum hunc §. Continuator ex Spon-
dano descripsit, ultima tamen verba de suo in
Pontificis odium adjunxit; Spondanus enim
duntaxat hæc habet: cuius jussu bellum fu-
scerent.